



Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Detractio fugienda est propter duo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Detractio fugienda est propter duo.

Primo, quia scriptura docet.
Leu. 19.
Leui. Non maledices surdo, ne
coram cæco ponas offendicu-
lum. Vnde Glossa. Surdo maledic-
qui absenti detrahit. Homo enim ab-
fens minus potest audire quam si-
dus. Cæcus est, qui auscultat, ut
quia simplex est, vel quia non cogi-
scit personam cui detrahitur. Vnde
Iacob. 4.
Iacobus. Nolite detrahere in al-
centrum fratres, quoniam qui detrahi-
fratri, &c. Bernardus. Noli esse ini-
alienæ aut temerarius iudex, au-
riosus explorator. Secundo, proprie-
mala, que ex detractione proueniunt,
que sunt sex. Primum est, quia de-
ctor cum detrahit proximo, seipso
occidit. Vnde Hieronymus. Tu
interficiis, si aliis detrahis. Et Isy-
rus. Quod in aliis detrahis in te-
tius pertimesce. Secundum est, qui
proximum quantum in se est, detra-
hendo, interficit. Vnde Hieronimus.
Quando detraho fratri meo, lingua
mea fratrem meum occido. Leuit.
Leuit. 6. to. Sanguinem omnis animalis non
sumetis in cibum. Sanguinem con-

INSTITVTIO. 80

dit, qui in alieno peccato delectatur.
Tertium est, quia audientein simili-

ter detractionem occidit. Vnde D.

Hieronymus linguam detrahentein,

& aurem audientein, diabolus sedet

super utranque; ideo appellatur lin-

guia tertia. Ecclesiasticus lingua ter-

tia multos commouit, & dispersit il-

los, a gente in gentem; hoc est lin-

guia detractoris. Vnde subditur. Ut-

lis potius infernus, quam illa. Et Ber-

nardus. Gladius triceps lingua detra-

toris, qui tres interficit uno flatu.

Quantum nanque in se est, illius per-

tutit conscientiam, & istius uulne-

rat charitatem, secum pariter utrum-

que perimit. Vnde in Proverbiis le-

gitur. Noli esse in coniuicio peccato-

rum, nec in comedationibus eorum,

qui carnes ad uescendum conferunt.

Super quibns uerbis Glossa ait. Cir-

nes ad uescendum conferre, est incol-

locutione derogationis uicissim dice-

re uitia proximorum. Quartum est,

quia hoc uitium comparat hominem

serpenti. Vnde Ecclesiasticus. Si mor-

deat serpens in silentio, nil eo minus

habet qui occulte detrahit. Et hoc p-

pter quatuor. Primo quia serpens ue-

nenum in ore portat. Sic detractor

sub eius lingua defert uenenum. Se-

condo, quia proditio sum antuum est.

Hieron.

Ecc. 28

Bern.

Pro. 43.

Glossa.

Ecc. 10

Iac. 4.

CHRISTIANA

& in silentio mordet. Sic detractor
tro illos mordet , quos presentes se
amare simulat. nec detrahit, nisi ubi
de silentio confidit: & sicut ad literis
serpens uerbis , & tumultibus tem-
tatur, sic talis timet si uiderit eum uen-
re cui detrahit. Tertio, quia serpens
tortuosè incedit , sic detractor ali-
de eius incipit, cui uult detraheret
cens ; Non dico hoc animo detrahe-
ti , quia diligo eum; & hoc ut fides ei
adhibeatur. Quarto, quia serpens
ram comedit , sic detractor quod ter-
renum & infirmum est in homine, in
ore suo uersatur . Vnde comparatur
porco . Porcus intrans hortum, si in
parte una uiderit flores, & ex alia altera
cora, currit ad ea , & dimittit flores.
Sic detractor si uidet in aliquo boni
non curat , si uero malum obloqui-
tur , & infamat . Comparatur etiam
cani moranti in macello , qui non ti-
met inquinare linguam suam, & ha-
bet semper labia sanguinolenta. Quin-
tum nialum est, quia reddit hominem
odiosum Deo , & hominibus . Vnde

Pro. 24. Prou. Abhominatio hominum detra-
Rom. 1. tor . Et Paulus ad Romanos . Detra-
ctores deo odibiles , &c. Sextum in-
lum est, quia Detractor mortem eti-
nam acquirit. Prou. uigesimoquan-

ta. Pro. 24. Cum detractoribus ne conuinceas,

A
tractore
esentes
, nisibi
ad literi
us tem
eum uei
ia serpens
tor à lu
trahere
detrahan
ut fides i
erpenste
quod ter
omine, in
comparatu
rum, si in
ex alia ster
tit flores
quo boni
obloqui
tur etiam
ui non t
m, & ha
eta. Quis
hominem
is. Vnde
um detra
s. Detra
xtum ma
temen
noqua
nisceant
81

INSTITVTO.

81

quam repente consurget perditio eo
rum. Et Pater Augustinus. Non de- Augus.
trahes, nec audies detrahentem, quo-
niam qui detrahit eradicabitur de ter- Bern.
ra uinentium. Et Bernardus amittunt
uitam detractores deo odibiles, quo-
niam quos odit Deus, mori necesse est.

Detractio fit sex modis.

Primo, occulta mala proximi pu
blicare. Secundo, cum augmen
to auditu referre. Tertio, cri
mina falsa componere. Quarto, bona
occulta negare. Quinto bona manife
sta minuere. Sexto & ultimo modo,
bona in mala conuertere. Quos qui
dem modos unusquisque uelut ani
mæ & corporis pestem fugere debet.
quin potius tanquam à facie colubri
tugam arripere.

Detractionis remedia sunt tria.

Primum est, ut homo seipsum
primò examinet. Vnde Isydo-
rus dicebat. Quando alij detra
his, ipsum te discute, quando aliud
mordes, tua peccata redargue. nun-
quam detrahes ubi te bene perspexe-

Isyd.